



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

347. An Confessarius Regularis Monasterii Monialium, ut ingrediatur in casibus necessariis intra ejus septa, egeat non solum licentia sui Prælati, sed etiam Episcopi? Et notatur, quod Declaratio ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

dispensationem super poenitentia, sententia, votis, & iuramentis; & denique in earumdem Monasteria ingressum. De illis omnibus, excepto praedicto ingressu, nihil occurrit dicendum, quidquid enim dictum est de Confessario Regulari in Regularibus, illud etiam dictum habetas de eodem Regulari in Moniales; communicat enim hic sibi priuilegiis cum alio: immo aliquid amplius habet in Ordine Minoritarum, ut declarauit Capitulum Generale Albensi, teste Roderico tom. 1. q. RR. q. 19. art. 2. hoc statuto, Vniuersi Confessores Monialium nostra familie habentes presenti decreto semper actiuam auctoritatem Praelatorum super Moniales quoad casus, & sententias, habeantque similiter Guardiani, ac Vicarii Guardianorum in eorum absentia. Quibus manifeste constat Confessarium Monialium habere iure ordinario facultatem absoluendi, & dispensandi in casibus, & sententiis in praedicto Ordine reseruatis. Ita Bruno, cui adde Sorbun in suis annotat, ad Compend. Mendic. verb. Moniales, Azor. part. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2. & Campanil. in diuersorum. Canon. lib. 16. rubr. 12. n. 53.

5. Sed hi scripserunt ante Bullam Gregorij XV. quod non fecit Pater Bruno, & idem contra illum asserto, quod quamvis ante Constitutionem Gregorij XV. editam 5. Februarij 1622. que incipit, *in scriptabili*, Confessari quidem Monialium locorum Ordinarii subiectarum deberent approbari ab ipsis Ordinariis; Confessari vero Monialium subiectarum Regularibus a Praelatis propria Religionis, tanquam Ordinariis ipsarum Monialium: in praesenti tamen omnes confessarii tam ordinarii, quam extraordinarii quarumcunque Monialium, etiam Regularibus subiectarum, debent approbari ab ordinario loci: idque ex citata Constitutione Gregorij XV. que quoad hoc sic habet, Confessores verò siue Regulares, siue saeculares, quomodo cuncte exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii ad confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum, audiendas, nullatenus depatri valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbationem, que gratis concedatur obtineant.

6. Vbi notandum, ad audiendas confessiones Monialium modo non sufficere, quod sacerdos siue Regularis, siue saecularis, sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones perfonarum saecularium audiendas, sed egere quoad hoc speciali approbatione: idque ex declaratione Sacrae Congregationis Concilij, qua etiam declarauit Regularem approbatum ab Episcopis ad audiendas confessiones Monialium vnius

Monasterij, nequaquam conferri approbatum ad audiendas confessiones Monialium alterius Monasterij, & in Ref. 2. §. vt videtur est in tom. 4. Bullary post Conf. 1. 8. Greg. XV. Regularem.

Et pro continuo in hoc §. Verum tamen est, quod confessarii Monialium exempliarum tam ordinarii, quam extraordinarii praesertim debent a propriis Praelatis Regularibus, ad effectum, ut modo dicto approbentur ab ordinario: Vnde infert Tamburinus n. 16. de iure Abbatis. q. 3. n. 3. non subsistere, quod ait Nald. verb. Monial. n. 2. Monialibus etiam exemplis assignandum esse Confessarium extraordinarium ab Episcopo loci: si quidem teste Zipeo. 3. de iure Pontificio novo n. 3. extat in contrario quaedam declaratio Sacrae Cong. qua decimum est huiusmodi assignationem faciendam a Praelato Regulari, cuius iurisdictione subfinit dicta Moniales, licet alias indigent approbari ab ordinario, ut iam dictum est.

7. Verum tamen est, quod confessarii Monialium exempliarum tam ordinarii, quam extraordinarii praesertim debent a propriis Praelatis Regularibus, ad effectum, ut modo dicto approbentur ab ordinario: Vnde infert Tamburinus n. 16. de iure Abbatis. q. 3. n. 3. non subsistere, quod ait Nald. verb. Monial. n. 2. Monialibus etiam exemplis assignandum esse Confessarium extraordinarium ab Episcopo loci: si quidem teste Zipeo. 3. de iure Pontificio novo n. 3. extat in contrario quaedam declaratio Sacrae Cong. qua decimum est huiusmodi assignationem faciendam a Praelato Regulari, cuius iurisdictione subfinit dicta Moniales, licet alias indigent approbari ab ordinario, ut iam dictum est.

8. Quin vigore citatae Constitutionis Greg. XV. 344. & 345. neque ipsi Praelati Regulares absque ordinarii approbatione audire possunt confessiones Monialium sibi respectivae subiectarum: cum olim possent, & ipsi illas audire, & alios approbare ad illas audiendas.

Ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, vbi supra, Ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, vbi supra, in Ref. 2. 48. §. Et notatur, quod declaratio secunda Sacrae Congregationis contenta in texu huius Resolutionis non comprehendit Superiores Regulares, quia ibi in casibus saecularis auctoritate propria, & officio sine villa Episcoporum licentia possunt ingredi septa Monialium, sed tantum loquitor de Confessarii, seu aliis monachis. Ex p. 10. tr. 1. 6. & Milc. 6. Ref. 43. alias 42.

addens confessiones a dictis Praelatis auditas sine praefata approbatione, esse nullas, & initas. Et hanc omnia docet Pellizarius de Monialibus cap. 1. 2. scilicet 3. subsec. 1. quæst. 1. n. 16. 3. Tamburinus de iure Abbatis. q. 3. n. 3. num. 2. num. 3. Bordonus in Conf. Reg. 1. ref. 5. num. 1. & alij.

9. Notandum est tamen, Doctores Hispani afflere supradicta non procedere in Regnis Hispaniarum. Vnde Nicolaus Braus in tract. Monast. cap. 2. 3. n. 12. sic ait. Neque etiam obstat Constitutio quædam Gregorij XV. que incipit, *Inscriptibili*, &c. expedit anno 1622. circa gubernium Monialium, & deputationem Confessorum, diuersimodo validè dispomens. Nam ob intentia incommoda inde emergentia, atque etiam initante Rege Hispaniarum Philippo IV. fulgent fuit omnino eius exequitio ab Urbano VIII. anno 1625. & suspensionis effectus commissus Illust. Nuntio Hispaniae Iulio Sacchetto, a quo tunc solemnitate, & iuridice facta est Matriti die 21. Aprilis eundem anni, cuius authenticum instrumentum habuumus, quia & praedictæ causa Religionis nomine, inter alios Praelatos, iisdem tempore, & loco aliquam gelidissimam patrem, dum Abbatibus munere fungemur in nocte Matriti cenobio. Hucusque Braus.

10. Sed ut verum fatear, inueni Leandrum Doctorem Hispanum, & qui in Hispania scripti tom. 1. de Sacram tract. 5. disp. 11. 9. 46. adducere Constitutionem Gregorij XV. tamquam in Hispania existentem in vigore, & nullam facere mentionem de supplicatione Regis quam supra adducit Braus; & ideo me remitto veritati, & praxi Hispania. Vide etiam contra Hispanum præter Doctores citatos, *Bossum de Iubilacione* 3. casu 2. §. 3. n. 74.

R E S O L . CCCXLVII.

An Confessarius Regularis Monasterij Monialium, si ingrediatur in casibus saecularis intra eius ipsius regem non solum licentia sui Praelati, sed etiam Episcopi?

Et notatur, quod declaratio secunda Sacrae Congregationis contenta in texu huius Resolutionis non comprehendit Superiores Regulares, quia ibi in casibus saecularis auctoritate propria, & officio sine villa Episcoporum licentia possunt ingredi septa Monialium, sed tantum loquitor de Confessarii, seu aliis monachis. Ex p. 10. tr. 1. 6. & Milc. 6. Ref. 43. alias 42.

§. 1. Communiter Doctores afferunt, facultatem ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectarum ad eam Praelatos superioris spectare, non autem ad Episcopum, vel eius Vicarium.

2. Probatur haec opinio, quia illorum est, hanc licentiam, & facultatem concedere, quorum est clausuram Monialibus indicere, & quorum est Monialibus ad clausuram cogere, sed indicere clausuram Monialibus, & cogere illas ad eam est eorum, qui permaneant, ut colligatur aperte ex cap. *Pericolo*, §. 7. *modo se statu regulari*. in 6. ibi, Patriarchis, Primatibus Archiepiscopis, & Episcopis mandamus, quatenus eorum quilibet in Civitate, ac Diocesi propria in Monasteriis Monialium, sibi ordinario iure subiectis, sua, in his verò, que ad Romanam immediate spectant Ecclesiam, Sedi Apostolice auctoritate: Abbates verò, & alij tam exempti, quam non exempti Praelati Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ordinum quorumcumque in Monasteriis huiusmodi sibi subiectis, de Monialibus includendis, quem commode poterunt, providere procent, ergo facultatem ingrediendi Monasteria Monialium in ce-

sibus necessitatis concedere valent, & debent Generales, Provinciales, & Praelati Conuentuum in Monasteriis, quae Regularibus subiecta sunt.

3. Probatur secundò, haec opinio ex verbis Concilii Tridentini, *sess. 25. c. 5.* requiriens disiunctum vel Episcopi, vel Superiori licentiam, ibi, sine Episcopi, vel Superiori licentia in scriptis obtenta: Et infra, dare autem Episcopum, vel Superiori licentiam debet in casibus necessariis, non quasi vellet Episcopum, vel Regularium Praelatum in qualibet Monasteria potestate gaudere concedendi has licentias, sed Episcopum in Monasteria sibi, vel Sedi Apostolicae subiecta, Regulari verò Praelatum in Monasterium sua iurisdictionis. Alioqui codem modo dici posset, Regulari Praealti licentiam sufficere in Monasterio, Episcopi, quia etiam ibi possit applicari disiunctiva lectio. Sicut ergo ibi nihil potest Praelatus, qui non est ibi Superior, &c. debet intelligi respectuive; ita Episcopus ex vi Concilii nihil potest in hac parte circa illa Monasteria sibi non subiecta, quia disiunctiva debet intelligi cum participatione accommodata, alias posset Episcopus concedere hanc licentiam, reuertente Praealti Religionis, quod est contra debitum ordinem, iusposita exemptione, quam Concilium in hac parte tollere noluit, nam idem addidit illam particulam, vel Superioris. Per quam etiam significavit, non esse facta esse Episcopum nisi sit Superior Monasterij ad hanc licentiam dandam, è contrario verò, Superiori sufficere, ut declaratum est. Confirmatur, nam concilij mentem declarata apertissime Pius in sua Constitutione; Et si Mendicantium Ordines, anno 1567. 17. Kalend. Iunias Pontif. ann. 2. Cùmque, inquit §. 7. in honorelum sit, quemlibet in alienam memorem faciem incircere, cùmque Monialium Monasteria, non nisi de Episcopi, vel Superioris licentia, & in casibus necessariis aliquis ingredi præsumat in *sess. 25. cap. 5.* probabetur; hoc tantum in illis Monasteriis locum habere volumus, qua Ordinariis ipsi pleno iure subsumt: in quibus casibus necessariis ipsi dare licentiam possint, non tamen in aliis Monasteriis. Pergit deinde prohibere Episcopis omnem omnino superioritatem, & iurisdictionem in eiusmodi Monasteria, cùmque Moniales. Quæ verba adeo clara sunt, ut nullo indigent interprete: quare mirum non est si deinde Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Interpretum ita definitur, ut infra videbimus. Vnde hanc sententiam ex Suarez, Sanchez, Nauarro, Barbofa, Bonacina, Azorio, Llamas, Rodriguez, Peguino, & aliis docet Tamburinus de jure Abbatissarum disput. 2. quest. 1. numer. 4. quibus ego addam plures alios, & in primis agmen ducant duo viri doctissimi, & amicissimi Reuerendissimi Candidus Magister Sacri Palatij tom. 2. disp. 5. art. 3. disp. 1. & Pater Lezana in Summa, tom. 3. verb. clausura. n. 2. 4. Idem docet Gibalbinus de Claustra Santimonialium, disput. 1. capit. 4. §. 3. numer. 6. Pellizzarius de Monialibus, cap. 5. seit. 3. quest. 3. 2. numer. 146. Antonellus tract. de Regin. Eccles. Episc. tom. 2. lib. 7. cap. 5. numer. 10. Ventriglia in praxi, titul. de claustra Monialium, ann. 3. §. 2. n. 17. Campanili in divers. Iur. can. Rubr. 12. cap. 16. numer. 31. Eligijs Balsus in floribus Theolog. ver. clausura. n. 9. Historicus Rodriguez, in Compend. resol. 26. numer. 8. Villalobos in Summa tom. 2. tract. 3. 5. difficult. 46. n. 3. Castrensi Palauis to. 3. tr. 16. disp. 4. n. 10. §. 3. n. 1. Et ita supradicti Doctores testantur declarasse sacram Congregationem sub his verbis: Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, licentias ingrediendi intra septa Monialium ex vera tantum necessitate concedendas, quod Monasteria Regularibus subiecta, pertinetetiam ad ipsos Superiori Regulari. Et ego testor, haec declarationem typis impressam vidisse Romæ in Ty-

pographia Camerali s. b. anno 1610. & dictum emanante a Sacra Congregatione Episcoporum sub die 29. Junij 1596. vt patet apud Bellarmimum in *sess. 25. c. 5.* Concil. Trident.

4. His tamen non obstantibus, dicendum videtur, licentiam ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subiectum, dandum esse ab Episcopo, & a Superiori Monasterij, & ita tradit nouissime Pater Jordani in var. Euclibrar. tom. 2. libr. 7. itin. 12. num. 43. & Gauantus verb. Monialium claustra, in addit. n. 1. Itantia alia declaratione eiusdem Congregationis Cardinalium sub die 13. Novembri 1610. facto verbo cum Sanctissimo, tenoris sequentis, sacra Congregatio facultate sibi à Sanctissimo attributa, statuit & decrevit, vt deinceps intra huiusmodi septa nemo ingredi audeat, nisi licentia in casibus necessariis concedenda, nemus à Superioribus Regularibus dictorum Monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtenta fuerint, non obstantibus quibuscumque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

5. Quid ego sentiam dicam breuiter. Prima declaratio Sacre Congregationis videtur mihi magis conformis, verbis Concilij, & Bullæ Pij V. ac valitissimis rationibus, & communis calculo Doctorum firmata. Verum quia secunda declaratio emanauit ex facultate Pontificis, non audeo ab illa discedere, licet Regulares afferant, vitimam hanc declarationem non fuisse yliu receptam: Sed haec respondio Romæ non admittitur per ea, quæ alibi adnotauit. Nota verò, quod dicta ultima declaratio de 1610. non comprehendit Superiori Regulari, quia tantum loquitur de Conventariis, seu aliis Ministeriis; & idcirco in casibus necessariis ingrediuntur intra septa Monasterij, ex officio, & auctoritate propria, sine illa Episcoporum licentia, & ita hic Romæ practicatur, ut testi sunt mihi Patres Dominicani, & de Observat. Et hoc latè probauit suis diebus in quadam Responsione nostra doctus, & amicissimus Pater Verricelli.

R E S O L . CCCXLVIII.

An Episcopi, vel Monialium Superiori possint ultraterram vicem coedere Monialibus subiectis Confessariis extraordinariis?

Et an Superiori Regularium non possint suis Monialibus deputare Confessarios ordinarios, nisi prius sint ab Episcopo approbiti?

Sed difficultas est, an tempore Inibilis Moniales possint sine licentia Episcopi, vel Superiori Regulari confiteri cum quocumque Sacerdote approbato?

Et an Episcopus possit dare Confessore Monialibus subiectis Regularibus, que nullaratione induci possunt, ut suis Regularibus peccata confiteantur?

Et aliqua Declarationes Congregationis Concilij adducunt pro aliis dieris causa & Confessariis Monialium. Ex p. 6. tr. 8. Milc. 3. Ref. 28.

§. 1. D E hoc casu olim interrogatus fui, & neq; gatius videtur respondendum ex Gauanto in Manuali Episc. verb. Monialium cura spirituali, ubi refert decimum Confessarios extraordinarios non esse assignando pro particulari Moniali, sed in communione, & Leo Zambellus in Repertorio Moral., verb. Monialis, numer. 21. sic ait. Non potest Praelatus assignare particuli Moniali particularē Confessarium extraordinarium, quia omnes debent stare communione. Sed his non obstantibus affirmatiæ sententia a thero nouissime Franciscus Bordonus in Consilio Regularium resol. 5. q. 11. n. 11. quia in Decreto Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 1.* nulla continetur prohibicio, sed tantum præceptio